



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Jn quo imitamur ap[osto]los. ca. vij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

ritanos: et inde processit per uniuersum orbem. Et cum hoc dicitur secundum alium euangelistam eleuatis manibus benedixit eis. Et post benedictionem illam uidentibus illis eleuatus est. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum: quod quasi quidam in globo babilonis nubis ascendit. Non in ideo quod ad ascendendum egeret ministerio nubis. sed ut per hoc ostenderet: quia omnis creatura parata est obsequi suo creatori. Quid fecerint abeunte domino. Epistolam. V.

De loco ascensionis

dominus dicitur sulpicius episcopus hierosolymitanus: quod ibi cum postea edificata esset ecclesia: locus ille in quo instituerunt vestigia Christi ascendentis: nunquam potuit sterni paupere. imo resilliebat marmora in ora collo cantium. Calcanti etiam pulueri a domino: hoc dicit esse documentum: quod vestigia in ipsa cernuntur. et eandem adhuc speciem velut pressis uestigijs terra custodit. Cum iam dominus raptus esset a conspectu eorum. adhuc tamen suspensis uultibus stabant aspicientes in celum: cum potius reuertii in hierusalem debuissent: quod dictum erat eis. Sedete in ciuitate quoad usque induamini stute ex alto. Et ne dicitur ibi morarentur: missi sunt angelus instructes eos. Unde sequitur Cumque intuerentur in celum euntem illum. illo abeunte: ut accusatum ponatur per ablatiuo absoluto: per quo ponitur genitiuum in greco. Vel cum prius intuerentur euntem illum: et adhuc intuerentur in celum. ecce duo uiri. et duo angeli in uestibus albis: qui dixerunt.

Quibus ex causis angelus apparuerunt. Epistolam. VI.

Tri galilei quid

statas aspicientes in celum: quasi oblitum quod facere debeant. Dicit Iesus qui assumptus est a uobis in celum. et in eadem carne suba: in quo assumptus est a uobis in celum: sic ueniet quocumque modo uideritis eum euntem in celum id est sicut babilonis nubibus uideritis eum ascendente in celum. sic babilonis nubibus uideritis eum in aere ad iudicium uenientem. Duplici de causa hi duo angeli apparuerunt. scilicet ut melius de absentia domini confortarent et ut eum uere ascendisse in celum demonstrarent. scilicet in regione angelorum. Non sicut belias qui raptus in igneo curru ascendit usque ad sublanarem regionem. nec eam transcedit: sed tamen translatus est in paradysum terrestrem: qui ad oem eminet ut peringat ad sublanarem regionem: nec

tamen transcedit. Tunc reuersi sunt hierosolymam a morte quod uocatur oliueti: pro copia oliuaz: sabbatum hiis iterum. ut itinere sabbatum distans a hierusalem scilicet spacio miliarum. quod non ampliori spacio licebat iudeis in sabbato pergere de ciuitate uel uilla in qua erat. sed per mille passus poterat circa deambulare. Uerum editio habet a morte trium luminum. Sic autem dicitur: mons oliueti. quod de nocte ex parte occidentis illuminabatur igne templi. quod erat ignis in altari: mane ex parte orientis primo excipiebat radios solis antequam illustraret ciuitatem. Habebat etiam copia olei quod est fomentum luminis.

In quo imitatur apostolos. Cap. VII.

Quinqz regressi

erant in hierusalem omnes unanimiter: apostolos usque ad eorum hospitia conduxerunt. deinde ad portam redierunt. Hac processione discipulorum qui unanimiter de ciuitate sunt egressi. et post unanimiter regressi representant ecclesiam singulis dominicis diebus processione faciens. Unde sicut illi egressi sunt precedente crucifixa et nos de ecclesia egredimur cruce processione. Et hoc non redierit cum eis crucifixus. nos tamen redeuntibus cruce repositam. Quia hoc non redierit cum eis presentia corporali: redijt tamen cum eis presentia spirituali: iuxta quod dicitur. Uobiscum sum usque ad consummationem seculi. In eo ergo egredimur cruce domini processione representamus: quod illi egressi sunt presentia crucifixo. In eo quod cruce domini repositam cum non redierit cum eis presentia corporali. representamus quod ait. Uobiscum sum usque ad consummationem seculi. In presentia autem ecclesia huiusmodi representatio fiebat in ecclesia quinta feria: que tunc temporis eque solennis erat sicut prima. Quinta per uenerationem ascensionis. Prima per reuerentiam resurrectionis. Unde in uulgare puerbum ipsum est ut dominice diei dicatur cognata dies iouis: quod antiquitus fuit eque solennis. Sed quod superueniunt festa sanctorum et celebrare tota festa erat quasi onerosum: ut in die dominica fieret processio deinceps est institutum.

Ubi et cum quibus se collegerunt. Cap. VIII.

Hinc ascenderunt

apostoli in cenaculum ubi manebant. scilicet petrus et iacobus. iohannes et andreas et alij. Et mutat hic series catalogi. Solent enim apostoli in catalogo in hunc modum combinari. Petrus et andreas